

be wir obgeschribenen ratesmannen und burgere vor uns und alle unser nachkomen rethe der stad gröser ingesigel mit unserm willin und wissin an dysin brif lazin hengen. Der g[e]gebin ist nach gotes Cristi geburd tusend jare dryhundert jare dornach in dem vier und nuwntzigsten jare, an sente Ambrosii tage des hyligen bysschoffe.

213. *Bürgermeister und Rat zu Zwickau bestätigt eine Messstiftung des Franz Kirtzscher für die Heiliggeistkapelle vor dem Tränktor.*

1395 Mai 25

Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, K 1 Nr. 5, fol. 3v–4r (16. Jh.) (B). — Anm.: Vgl. Nr. 220–223. — Zur Sache: Kahleyß, Bürger und Kirche, S. 167–169.

In nomine sancte et^{a)} individue trinitatis amen. Nos Petrus Mergental magister consulum aliique consules Conrad Beyersdorff, Conrad Holczborn, Petrus Glockengiser, Petrus Storm, Nielaus Renspurg, Johans Beyerstorff, Johans Cramer, Lutholdus de Lesenicz, Lobel Schreiber, Petrus Corber consules iurati civitatis Zwickaw omnibus et singulis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris has litteras inspecturis in perpetuum. Cuncta, que^{b)} agentur in tempore, ne simul labantur cum fluxu temporis, solent testium amminiculo scriptureque subsidio confirmari. Tenore igitur presencium protestamur publice profitentes eorum, [quod] honestus vir Francziscus Kyrzscher noster concivis fidelis, Margaretha eiusque conthoralis legitima inspiracione commoniti^{c)} divina in remedium salutare animarum suarum omniumque suorum progenitorum et parentum suorum, in remissionem omnium fidelium defunctorum et salutem ad missam perpetuam in capella sancti Spiritus extra muros nostre civitatis Zwickaw foris valvam dictam Trenckthor trans aquam^{d)} in altari sancti Jacobi maioris temporibus perpetuis^{e)} cottidie celebrandam per ipsas de bonis suis sub certis annuis redditibus et censibus cotando comparatam, unum agrum terre arabilis extra valvam Trenckthor premissam iuxta ripam dictam der Bolner bach situatum agros Hanemanni Lambergk et Francisci Goltschmit ab utroque latere contingentes duodecim sexagenis latorum grossorum larga estimacione valiturum propter divina laudabilius ibidem celebranda iusto donacionis titulo deputarunt, assignando solemniter dederunt, ita quod capellanis, cui^{f)} altare predictum concessum fuerit et collatum, hunc agrum singulis annis pro una sexagena monete premissae locet et exponet dimidiam sexagenam festo Michaelis, alteram dimidiam sexagenam die Valpurgis ab eodem sibi danda et persolvenda. Quem quidem agrum nos consules civitatis Zwickaw memorati cum consilio et consensu aliorum nostrorum concivium et seniorum deliberacione prehabita matura divine remuneracionis intuitu aliumque presentis ac sancti Jacobi nec non ad instancias humiles nostrorum fidelium premissorum ab exactionibus et angariis quibusvis nomine, quocunque conservantur inviolabiliter inter vivos, in perpetuum absolvimus, quitavimus, dimisimus et dimittimus penitus liberatum et solutum prenunciantes. Ut autem predicta a nobis et a nostris successoribus rata temporibus perpetuis habeantur et maneant inconvulsa, nos paginam presentem sigillo civitatis nostre communitam desuper tradimus in